Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Qui

In mundo erat. et mundus ipsum
factus est. et mundus eum non cog
novit. In propria venit et sui eum
non receperunt. Quotquot autem
receperunt eum dedit eis potestatem
filios dei fieri his qui credunt in no
mine eius. Qui non ex sanguinibus
neque ex voluntate carnis neque ex
voluntate viri sed ex deo nati sunt.
Et verbum caro factum est et hi
tabit in nobis et vidimus gloriam
eius gloriam quasi unigeniti a
patre. Plenum gratie et veritatis.
Johannes testimonium phibet
de ipso et clamat dicens. Hic erat
quem dixi. qui post me venturus
est. ante me factus est. quia prior
me erat. Et de plenitudine eius
omnes accepimus. et gratiam
pro gratia. quia lex per moysen da
ta est. gratia autem et veritas per ihe
sum cristum facta est. Deum nemo
vidit unquam. Unigenitus filius qui
est in sinu patris ipse enarravit.
Et hoc est testimonium iohannis
quando miserunt iudei ab hierosolimis
sacerdotes et levitas ad
eum ut interrogarent eum. Tu quis
es. Et confessus est et non negavit.
Et confessus est. quia non sum ego
cristus. Et interrogaverunt eum. Quid
ergo. Helias es tu. Et dixit. Non
sum. Propheta es tu. Et respon
dit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis
es. Ut responsum demus his qui
miserunt nos. Quid dicis de te
ipso. Ait. Ego vox clamantis in
deserto. dirigite viam domini sicut dixit
ysaias propheta. Et qui missi fu
erant erant ex pharisaeis. Et in
terrogaverunt eum et dixerunt ei.
Quid ergo baptisas si tu non es xp.
neque helyas neque propheta. Re
spondit eis iohannes dicens. Ego
baptiso in aqua medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est.
qui ante me factus est. cuius ego
non sum dignus ut solvam corrigiam calciamenti eius. Hec in
bethania facta sunt transiordanem
ubi erat iohannes baptizans al
tera die vidit iohannes ihesum
venientem ad se et ait. Ecce agnus
dei. ecce qui tollit peccata mundi. hic
est de quo dixi. Post me venit vir
qui ante me factus est. quia prior
me erat et ego nesciebam eum.
Sed ut manifestaretur israel. propter
ea veni ego in aqua baptizans
et testimonium phibuit iohannes
dicens. Quia vidi spiritum sanctum descendentem et manentem sup
eum sicut quasi columbam de celo. et
mansit sup eum. et ego nesciebam
eum. Sed qui misit me baptizare in aqua ille michi dixit. Super
quem videris spiritum descendentem
et manentem sup eum ipse est qui
baptizat in spiritu sancto. Et ego
vidi et testimonium phibui. quia hic
est filius dei. Altera die iterum sta
bat iohannes. et ex discipulis eius
duo. Et respiciens ihesum am
bulantem dixit eis. Ecce agnus
dei. ecce qui tollit. Et audierunt